

CONCLUSIONES  
EX  
UNIVERSA PHILOSOPHIA.

1. Logica est scientia purè practica.
2. Ejus objectum attributionis est demonstratio.
3. Identitas consistit in affirmabilitate.
4. Distinctio in negabilitate.
5. Implicat distinctio Scotistica.
6. Virtualis intrinseca.
7. Præcisiones objectivæ.
8. Universale Metaphysicum habetur per intellectum.
9. Logicum manet in actuali prædicatione de singulari.
10. Relatio consistit tantum in ratione fundandi adæquata.
11. Propositio, si duret, potest de vera transire in falsam.
12. De futuris contingentibus est determinatè vera vel falsa.
13. In eodem intellectu possunt componi scientia & opinio.
14. Non tamen esse unus indivisibilis actus.
15. De principiis corporum tenenda est sententia peripateticorum.
16. Hinc datur materia prima.
17. Quæ pluribus formis substantialibus simul informari potest.
18. Unio est entitas modalis.
19. Possibilis est unio ad unionem.
20. Compositum à materia, forma, & unione non distinguitur.
21. ~~Causa est principium per se influens esse in aliud.~~
22. Essentialiter connectitur cum possibilitate sui effectus.
23. Nequit agere physicè non existens.
24. Non repugnat duplex actio totalis respectu ejusdem effectus.
25. Secus actio sui ipsius quoad secundum esse.
26. Causa prima potest elevare secundas ad creandum.
27. Ubiatio indivisibilis possibilis est.
28. Secus duratio indivisibilis.
29. Res replicata non plus potest, quàm non replicata.
30. Infinitum categorematicum creatum possibile est.
31. Secus Creatura perfectissima.
32. Continuum omne constat partibus formaliter divisibilibus infinitis.
33. Mundus potuit esse ab æterno.
34. Sol est formaliter igneus.
35. Activè movetur ab intrinseco.
36. Raritas non habetur formaliter per intromissionem corpusculorum.
37. Sed per majorem ubicationem.
38. Intensio fit per additionem gradus ad gradum.
39. Qui sunt homogenei.
40. Elementa virtualiter manent in mixtis.
41. Gravitant, & levitant in locis propriis.
42. In puncto reversionis non datur quies.
43. Anima est actus primus corporis organici potentiâ vitam habentis.
44. In vivente non datur animarum successio.
45. Nec in eodem vivente plures animæ.
46. Neque formæ partiales.
47. Anima hominis est immortalis.
48. Ens præscindit à differentiis, & vicissim.
49. Possibilitas rerum est ipsis intrinseca.
50. Existencia Dei est demonstrabilis.